Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et loquebatur mihi dicens. Ho
usque quo me subsannabunt inimici
mei et adversum me cogi
tabunt mala mihi. Verbum
iniquum statuerunt adversum
me. numquid qui dormit non
adiicet ut resurgat. Et ecce
homo pacis meae in quo speravi
qui edebat panes meos
magnificavit super me supplantationem. Tu autem domine mi
serere mei et resuscita me. et re
tribuam eis. In hoc cognovi
quoniam voluisti me. quia non gau
debit inimicus meus super me.
Me autem propter innocentiam suscepisti. et confirmasti me in
conspectu tuo in aeternum. Be
nedictus dominus deus israel a
seculo et usque in seculum. fiat fiat. Ps
Sicut cervus desi
derat ad fontes aquarum. ita desiderat anima
mea ad te deus. Sitivit
anima mea ad deum fortem vivum
. quando veniam et apparebo ante
faciem dei. Fuerunt mihi la
crimae meae panes die ac nocte
. dum dicitur mihi quotidie
die ubi est deus tuus. Hec
recordatus sum et effudi in
me animam meam. quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum dei.
In voce exultationis et confessionis. sonus epulantis.
Quare tristis es anima mea et quare conturbas me.
Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi. salutare vultus mei et deus meus. Domine
anima mea conturbata est. propterea memor ero tui de terra iordanis et hermoniim a monte modico. Abyssus abyssum
invocat. in voce cataractarum tuarum. Omnia excelsa tua et fluctus tui super me transierunt. In die mandavit dominus misericordiam suam. et nocte canticum eius. Apud me oratio deo vitae meae. dicam deo susceptori meo. es. Quare oblitus es mei et quare contristatus incedo dum affligit me inimicus. Dum confringuntur ossa mea exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei. Dum dicunt mihi quotidie plangis. dies ubi est deus tuus. quare tristis es anima mea et quare conturbas me. Spera in deo quoniam adhuc